



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Rapina.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

clesiarum, aut clerici tenentur hoc face-
re si nolunt quia in extraua. Cle. III.
est reuocatio huiusmodi literarum,
quantum ad conuocationem, & tales
quæstuarij non debent habitum falsæ re-
ligionis portare, aut indulgentias vel
alia falsa proponere. Vt in d. cle. abusi-
onibus. & in d. c. cum ex eo. habetur.
At si publicè delinquant, ab ordinarijs
possunt puniri, licet sint exempti. c.
tuarum, de priuile. nisi aliquid aliud
habeant in suis priuilegijs, quod fer-
uari debet secundum glo. in d. c. tua-
rum, vt est in priuilegijs prædicatorum
& minorum. supra, Exemptus. §. 1.

RANCOR.

Rancor secundum, quod importat dif-
plicentiam contra aliquem, propter
quod desiderat, vel querit malum alteri,
nascitur ex acedia. Aliquando est si-
lii iræ, & mortalis, si malum sit impor-
tatum. supra odiu. §. 1. Quomodo quis
tenetur dimittere signa rancoris. supra,
Charitas. §. 1. Etiam propter scandalum
debet facere.

RAPINA.

RAPINA per quam quis violent-
ter, & contra iustitiam accipit rem
alienam, mortale peccatum est: tum
quia iniuriam proximo infert, tum quia
damnum, siue fiat à bellantibus, siue à
latronibus, siue ab habentibus potes-
tatem publicam, dummodo contra ius-
titiam, & violentè rapiant, restitu-
tioni sunt obnoxij. Si autem rapiant
in bello iusto, vel auctoritate publi-
ca: secundum iustitiam, licet vim inferant,
non dicuntur proprie raptores, nisi
excedant limites commissionis: secundum
Tho. secunda secundæ. q. 66. a. 8.
supra, Bellum. §. 11. & 13.

Si probauerit furtum contra ali-
quem, vel rapinam, stabitur iuramen-
to meo de quantitate rei raptæ secun-
dum Panor. in c. super eo. de his que
vi me. ve. & Inno. ibi. Et potest proba-
ri furtum, & rapina per socios fami-
liares, & huiusmodi: vt etiam tenet
Sil. ver. rapina. §. vlt.

De pena raptorum quomodo excō-
municantur ab Episcopo. c. 1. de rap.

quomodo denegatur penitentia nisi
restituatur, & quauis eos peniteat, &
non restituatur, negatur sepultura. c.
super eo. tit. & c. literis. etiam si faciant,
quod possunt. & hoc fit ad aliorum
terrorem.

RAPTOR etiam dicitur, qui vir-
ginem, vel sanctimoniam, vel viduam,
etiam largo modo vi opprimit, & sine
dubio mortaliter contra legem Dei a-
gens, etiam per leges grauius punitur.
c. de raptoribus. 36. q. 1. nec rapta po-
test cum raptore contrahere de iure ci-
uili: vt dicitur infra. §. 5. C. de rap-
virg. vel vid. l. vnic. supra, Luxuria. §. 4.

ALIQUANDO persona rapitur
propter alium finem, vel vt vendatur
vel ob aliud, & tunc ultra iniuriam sibi
factam, iudicandum est peccatum secun-
dum finem, pro quo raptor rapit. Et
quod dictum est, quod rapta non po-
test contrahere cum raptore, intellige
de iure ciuili, de iure canonico, quan-
doque potest: vt quando præcessit tra-
ctatus de nuptijs: secundum Panorm.
in c. cum causa de rap. Vide in c. ac-
cedens. de rap. quia rapta si vult, potest
cum raptore contrahere.

RATIOCINIUM.

Ratiocinijs obnoxij, an possint pro-
moueri ad ordines, vide cad. prop-
terea. d. 5. ff. de mu. & ho. l. rescripto,
& Innoc. in c. vnic. de obliga. ad ra-
tio. C. de cle. & epif. l. quisquis emeritis.
Hæc ad aliud forum pertinent.

RATI HABITIO.

RATI HABITIO qua quis con-
sentit in illud, quod nomine suo
gestum est, multas requirit conditio-
nes ad hoc, quod retrahatur ex fi-
sione iuris. Et primo si debeo habere
aliquod ratum, oportet quod sit factum
nomine meo, id est, ad mei contem-
plationem: secundum gloss. in c. cum
quis de sent. excom. lib. 6. videlicet, li-
cet sim contentus Petrum occidisse Io-
an. quem non interfecit nomine meo,
non dicitur rati habitio. Secundo, oportet,
quod habeat factum, tanquam factum
nomine meo. Possum enim esse con-
tentus de homicidio factum nomine
meo,